k

deo tolerantiã paupertatis. asperita tis et vilitatis. pro quibus merentur di uitias. delicias et gloriam sempiternã. Unde dñs ait Lu. xxij. Ego dispo no vobis sicut disposuit mihi pat̃ me us regnũ. ecce diuitie. ut edatis et bi batis super mensam meã in regno. ec ce delicie. et sedebitis super thronos. iudicantes. xij. trib9 israhel. ecce glori a. veruntñ qꝛ in hijs oibus opus est ut iusticia sit in intentõe dicuntur de bere. c. cados olei rõne deuote volun tatis. et centũ choros tritici: rõe pure intentõis. In tritico notat̃ recta inte tio. qꝛ triticũ sine palea semiatur. ita et bonũ opus pure dꝫ fieri ꝓpter deũ

Item triticũ cum seiatur absconditur. qꝛ bonuꝫ opus ab humana laude dꝫ occultari. Math. vi. Nesciat sinistra et c. Item triticũ mortificat̃ ut mul tiplicetur. sicut dñs ait Jo. xij. Nisi granũ frumenti cadẽs in terrã mor tuũ fuerit: ipsum solũ manet. Et am plius. i. cor. xv. Tu qđ seias nõ viui ficatur: nisi prius moriat̃. qꝛ oia bo na opera nostra quasi mortua reputa re debemus. Isa. xliij. Ne memine ritis prior: et antiqua ne intuemini. Per hoc debitũ scribit̃ octoginta. i. expectat̃ remũeratio in ecclesia resur rectionis generalis. quã designant oc taue quas ectia celebrat in solemnita te sanctor. Unde eccs. xi. Da partes septẽ necnõ et octo. q. d. sic trãseas per bona tpalia ut non amittas eterna.

In oleo notat̃ hilaris affectio. Oleũ eñ supernatat alijs liquorib9. ita et hi laritas bonis operibus. Iuxta illud. Super oia vultus accessere boni. Ec ci. xxxv. In oi dato hilarem facvul tum tuũ. ij. cor. ix. Hilarem datorẽ diligit deus. Math. v. Unge caput tuũ et faciem tuã laua vbi dic̃ bernar. Lota facies ꝯscientia. vnctuꝫ caput intelligitur mens deuota. ꝓpter hoc debet scribi quinquaginta qui est nu mer9 remissionis. Unde leuitici. xxv. Sanctificabis mihi annũ quinq gesimũ: et vocabis remissionẽ cunctis habitatoribus terre tue. ipse eñ est iu bileus. Tales ergo studeas tibi ami cos acquirere: quor intercessionibus et in presenti remissionem culpe. et in futuro remissionem glorie valeas ob tinere

Eodem die.

## Sermo xcij. de epistola.

Non simus concupis centes malor. In preceden ti dñica hortat̃ fideles apo stolus ad fugã carnalis vite. In pñti qꝫ hortatur eos ad idem exẽplo iuda yci populi ꝓpter carnalitatẽ suam pu niri. Enumerat aũt hic temptatõẽs quinqꝫ. Quar tres sunt carnales. due spũales.

Prima temptatio est gula. a qua de hortatur cũ dicit. Non sim9 ꝯcupis centes malor et c. dicentes Nume. xi. Quis dabit nobis carnes ad vescẽ dum. recordamur pisciũ quos come debamus in egipto gratis. in menteꝫ veniunt nobis cucumeres et pepones porriqꝫ et cepe. et alea. anima nostra a rida est. nihil respiciunt oculi nostri: nisi manna. In quibus nobis notat̃ qꝫ gula fastidit omnia. in hoc qꝫ isti fastidiebant manna. qꝛ erat cibus cõ muniter eis datus misterio angelor.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-182/0453
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG